



Sammelband

J

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33



24 XXXI.

DEO UNO ET TRINO  
CLEMENTER ANNUENTE.

*Presidente*

Clarissimo & Consultissimo Viro,

Dn. GERHARDO COCH  
J. U. D. professore in illustri gy-  
mnasio Bremensi publico & ordinario, præce-  
ptore suo summè observando.

*Subiectam disputationem juridicam*

DE DONATIONIBUS.

*Ad publicam disquisitionem proponit, pro  
virili defensurus.*

STEPHANUS GOSLAR  
Stadensis Saxo.

*Ad d. 5. Martii, hora nona & loco consueto.*



BREMÆ,

*Typis Bertholdi Villieriani, schol. typogr.*

Anno M. DC. XXXIV.





*Admodum reverendo. Nobiliss. ampliss. clariss.  
consultiss. viris.*

- Dn. LAURENTIO HEISTERMAN JC.  
eximio, metropolitanae ecclesiae Bremensis canonico specta-  
tissimo, ejusq; Archiepiscopatus provinciali consiliario  
dignissimo: Domino hospiti suo omni officiorum genere  
colendo.
- Dn. JOHANNI à MEDE N, pervetustae Rei-  
pub. Stadenensis consuli meritissimo
- Dn. JOHANNI RUSSE N, ejusdem Reipub.  
Senatori gravissimo

UT ET

*Reverendis, clarissimis, & doctissimis viris*

- M. ANTONIO BUSCHERO in aula  
Oldenburgica Ecclesiae Vigilantissimo.
- Dn. NICOLAO CROGERO apud Staden-  
tes divini verbi ministro fidelissimo.

NEC NON

*Fortiss. & rei bellicae experientiss.*

- Dn. JOACHIMO Zarenhausen } strenue pro & fociis  
Dn. ERNESTO SCHRADERO } militantibus, affinibus  
ITEMQUE } suis percharis.

*Doctissimo & eximia spei viro. Juveni*

- Dn. ANTONIO HOTINIGIO LL. studios.  
fratri & amico suo haud vulgari.

*Dominis mæcenatibus suis, patronis promotoribus,  
favitoribus & amicis observantiae cultu colendis.*

Hasce studii juridici primitias

STEPHANUS *Gosler* Gosler Autor & resp.



## DISPUTATIO JURIDICA

## De Donationibus.

## T H E S I S I.

**D**onatio (a) in genere (b) definiri potest actus  
(c) per quem quis alteri (d) simpliciter &  
absolutè (e) vel relativè (f) donandi ani-  
mo (g) aliquid (h) dat vel remittit (i).

(a) dicta à dono quasi dono datum, sic & Græci dicunt δῶρον ἢ δωρεῖον id est donum & donare l. senatus 35. §. 1. de donat. mort. caus. Mynsing. princ. Inst. h. t. num. 5. Schneid. princ. Inst. h. t. Boroholt. eod. num. 1. Wesemb. in parat. ff. h. t. num. 2. Et licet donatio sit ex jure gentium §. 40. Inst. de rer. divis. quod ad species earumque rationes attinet, multum habet à jure civili, quod & in cæteris rebus evenit.

(b) & quum verbum DONATIO in genere ita usurpatur, comprehendit omnes species donationis sive mera sit sive relata sive mortis causa, in principio Inst. de donat. tot. tit. ff. de donat. mort. causa. sive non mortis causa donatio de qua in tit. ff. & Cod. de donat. (c) Verbum hoc ACTUS generale est & comprehendit omnia, quæ quovis modo aguntur vel contrahuntur l. 19. ff. verb. signif. quum igitur genus donationis ita ambiguum est, ut etiam plerique l. C. illud variant (nam alii generis loco ponunt contractum ut Treutl. disp. 19. vol. 2. §. 4. lit. a. Matth. Wesemb. in parat. ff. num. 3. h. t. alii, conventionem ut Treutl. d. l. & alii. Placet ut

4

has difficultates cum Obrechtio & Bocero evitemus, per  
ACTUM, donationem definire. Hoc enim genus do-  
nationi convenit, sive fiat pollicitatione *l. 19. in prin. ff. b. t.* sive conventionem vel pacto *l. 9. in princip. ff. b. t.* sive tra-  
ditione *l. 6. l. 35. §. 1. ff. de donat. l. 1. Cod. eod.* Quod si autem  
ineatur & perficiatur vel stipulatione, quæ est contractus  
*l. 31 ff. de O. & A. §. sequens. 2. Inst. de Oblig.* & quidem juris  
civilis *l. 126. §. 2. ff. V. O. §. de constituta Inst. de actionib.* vel  
sub lege, cum negotium aliquod fuerit immistum *l. 7. C. de fid. Inst. l. 18. ff. de donat. & tot. tit. Cod. de donat. quæ sub mod.*  
non malè dicitur contractus; vel si ob causam fiat. Tum-  
que amplius non est mera liberalitas, sed causam negotii  
alicujus habet, nec propria appellatur donatio, sed transit  
in aliquam speciem contractus, do ut des, do ut facias vel  
facio ut des *tot. tit. Cod. de donat. quæ sub mod. l. 5. 7. 9. 15. ff. de  
prescript. verb. l. fin. Cod. de donat. ant. nupt. §. est. & aliud Inst. de  
donat. Novell. 97. & Novell. 119.* (d) requiritur hic ad  
acquisitionem temper *l. 19. §. 2. ff. de donationib. aliàs autem  
cum conventionem perficitur, ad hoc ut constet donatio,  
non tantum donantis voluntas, sed & donatarii consensus,  
si enim consensus accipientis non reperitur, nulla planè  
erit donatio §. alie Inst. de donat. l. 35. §. fin. Cod. eod. l. 19. §. 2.  
ff. de donat. l. 69. ff. de Reg. Jur. Wesemb. in parat. ff. hic num. 4.  
Trentl. disp. 19 vol. 2. §. 1. lit. d.* Sicut igitur invitus non re-  
ctè donat. *l. 10. C. de donat. l. 19. ff. eod. l. 82. ff. R. I.* ita nec in-  
vito donatur *l. 69. l. invitus. ff. de R. I. l. 19. §. 2. ff. de donat.*  
Unde Seneca lib. 11. de benef. cap. 19. Non est benefi-  
cium, accipere cogi: Sic Plautus Nullum beneficium  
esse ducio, si id, quod facis, non placet *vid. Hyppol. à Collib. l.  
69. de R. I. Matth. Steph. hac leg. dict. Hænon. eod. loc.* Utrius-  
que igitur animæ nullo interjecto impedimento concur-  
rere oportet *l. 18. ff. de reb. cred.* adeo ut alterutrius morte  
impe-

§  
impediatur l. 2. §. 6. ff. h. t. l. 8. C. de O. & A. (e) quando  
quis dat ea mente, ut statim velit accipientis fieri, nec uls  
lo calu ad se reverti & propter nullam aliam causam facit,  
quam ut liberalitatem & munificentiam exerceat. Hæc  
propriè donatio appellatur. Hinc Justinus in l. 29. princ. ff.  
h. tit. & l. 82. de reg. jur. donari, inquit, videtur, quod nullo  
jure cogente cõceditur, post rem tamen donatam cogitur  
donator tradere donatario l. si quis argentum. Cod. de donat.  
Hinc Modestinus inquit, in necessitatibus nemo liberalis  
existit l. 18. ff. de adimend. leg. 19. ff. de donationib. Hinc dona  
sunt propriè, quæ nulla necessitate juris, officii, sed sponte  
præstantur l. 214. ff. v. s. Hinc è contrario, si quid jure  
cogente concedatur, id donari non videtur sed potius  
solvi l. 19. §. 9. de don. In summa donationem propriam,  
sive propriè sic appellatam, nihil aliud esse dicimus,  
quam rei alicujus in quempiam gratuitam & perpetuam  
translationem. Perpetuam, quia hac mente datur ut  
nunquam revertatur, gratuitam, ut excludatur datio, quæ  
fit ex vinculo aliquo obligationis, non ejus; quæ nuda  
honestate consistit (qualis est obligatio ad *airidweg*) sed  
vel actionem vel utique exceptionem & soluti retentio-  
nem inducentis, quo pertinent l. 19. §. 1. l. 27. l. 34. §. 1. ff.  
h. t. 2. datio ob causam puta futuram, sive ob rem l.  
52. ff. de condit. indeb. id est, hoc fine facta, ut aliquid vi-  
cissim detur vel fiat. vid. Bachov. ad §. alia Inst. de donat. num. 1  
(f.) Hæc donatio appellatur non propria l. 1. in princip.  
de donat. & tum demum accipientis fit, cum aliquid secu-  
tū fuerit l. 1. 3. §. C. de donat. quæ sub mod. vel cond. & ad hanc  
refertur donatio sub causa puta mortis, cum quis ita do-  
nat, ut si quid humanitus ei contingat, habeat is, qui ac-  
cipit: Sin autem supervivat, qui donavit, recipiat §.  
mortis causa 1. Inst. de donat. ubi vero ita donatur mortis  
causa

causa ut nullo casu revocetur, causa donandi magis est, quam mortis causa donatio & ideo perinde haberi debet, atque alia quævis inter vivos donatio l. 27. ff. de mort. caus. donat. (g) An mus & voluntas beneficia donantis & donatarii videntur hinc esse causa efficiens, quia nisi donator animum donandi habeat, non donare, sed aliud quippiam agere intelligitur, non enim donationis verbum per se donationem facit, sed mens donantis & accipientis l. 25. Cod. de donat. nec in dubio donandi animus præsumitur Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 6. (h) Materia circa quam, est in re qualibet modo sit in commercio hominum & propria l. 9. §. 3. in fin. ff. de donat. l. 14. C. eod. vid. infr. thesin 8. (i) nam rem sibi certi alicujus juris donatio est l. 12. ff. de nov. & est text. optimus in l. 18. Cod. de donat. ubi gratuita remissio discretè appellatur donatio.

## II.

Donatio propriè sic dicta, naturâ (a) perpetua est & semel perfecta temerè (b) revocari non potest.

(a) Naturâ suâ donatio actus irrevocabilis est l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. C. de revoc. donationib. Quomodo & Plato in Phileba τῶν ὀφθῶς, ait δὸ δὲν τῶν ἀφαιρέσει ἐν εἶσι. Et Arist. 4. Topic. donationem finit δόσιν αἰ ἀπόδοτον. Atque hoc ita verum est, ut donator revocandi licentiam non acquirat allegatione doli, seu propriæ turpidinis, ut si forte profiteatur, quod non seriò, sed in alterius fraudem quid donaverit vel alienaverit l. 4. Cod. de revoc. donat. Nec quicquam pœnitentia opituletur l. 3. Cod. d. tit. nec ob amissionem instrumentorum l. 2. C. de revoc. donat. nec rescriptio principis, ritè perfecta donatio rescindatur l. 5. Cod. eod. l. 9. C. de donat. ante nupt. non enim decet principem in alicujus detrimentum vana & inania beneficia conferre Gothoff. ad d. l. 9. de donat.



*donat. ant. Nupt. lit. c. l. 12. Cod. res. vid. l. 3. C. de rescind. vend. l. 4. Cod. de emancip. Schneid. ad §. sciendum Inst. h. t. n. 4. nec præs-textu absentiae ejus, cujus consensus necessario & ex juris solennitate non est requisitus l. 6. C. de revocat. donat. nec alienatione quam donans postea fecit l. 3. C. eod. (b) §. al. e. in princip. Inst. h. t. Cum igitur temerè revocari posse negatur consequens est, revocari posse justis ex causis. Quænam illæ sint, deinceps th. 13. 14. 15. videbimus.*

## III.

*Donare hoc modo conceditur omnibus illis, qui liberam rerum suarum administrationem (a) habent & qui non prohibentur aut natura ut infantes (b) muti & surdi nati (c) senes deliri (d.)*

(a) quia quilibet dominus est rerum suarum quas in dominio habet moderator & arbiter, igitur pro animi sui sententia & voluntate de illis constituere potest, prout ei visum erit: aliàs qui rei suæ dominus est efficeretur non dominus l. 21. Cod. marid. argumento l. 7. in princ. ff. h. t. vid. Schneid. Mynsing. & Dd. in §. 2. Inst. d. t. Wesenb. parat. ff. de donat. n. 4. (b) quia nullum animi iudicium habent, velle & nolle non possunt & quid loquantur non intelligunt, multo minus quid agant §. 10. Inst. de Inutilib. stipul. l. 189. ff. R. I. unde pro absentibus reputantur l. 209. ff. de verb. signif.

(c) Hic distinguendum inter illos, qui tarde exaudiunt vel loquuntur licet naturale illis hoc vitium sit, & illos qui nihil omnino loquuntur vel exaudiunt §. item surdus 3. Inst. quib. non est per fac. test. l. 10. Cod. qui testam. facer. poss. Hos natura donare prohibet, illos neque natura, neque ulla alia ratio. Sed nec illis donandi potestas neganda est, quibus infortunium quoddam aut superveniens morbus

& vocem abstulit & aures conclusit. Quod si vitium discretum sit & tamen naturaliter, licet id raro contingat, de muto, quin donare possit, dubitari nequit: Sed nec de surdo, si verum est, quod refert Justinianus *in dict. leg. C. qui test. facer. poss. vers. si enim vox.* (d) merito nominati senes deliri, nam dubitandum non est quin senes, qui habent adhuc integrum iudicium, donare possint, cum senectus ad donationem faciendam sola non sit impedimento *l. 16. C. de donat. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 4.* sed illa demum quæ pueritiam secum affert *l. 3. in princ. C. qui test. facere poss.* isti enim senes non corpore solum, sed & animo contulerunt.

## IV.

*Aut lege quorum numero sunt Filiusfamilias (a) Pupillus (b) minor 15 annis (c) prodigus (d) mulier (e) reus capitalis criminis (f) tutores, curatores, & administratores civitatum (g) servus (h) aut denique casu, ut furiosus & mente captus (i).*

(a) *l. 7. in princ. de donat.* licet à patre ei libera peculii administratio concessa sit *l. 28. §. 2. ff. de pactis l. 3. §. 8. ff. de donat. in t. vir. & ux.* Non enim propterea ei concessa libera peculii administratio ut perdat, cum donare nihil aliud est quam perdere *d. l. 7. in princ. ff. h. t. l. 29. §. fin. ff. de pact. Wesenb. in parat. ff. de fidejuss. n. 3.* 1. Fallit tamen primò si iusta ratione motus det. *d. l. 7. §. 1. ff. h. t.* 2. si fuerit filius in dignitate constitutus *d. l. 7. §. nonnunquam. 3.* 3. si pater filiofamil. liberam peculii administrationem ita concesserit, ut nominatim adiecerit se ei concedere ut donare quoque possit *d. l. 7. §. 2.* 4. si peculium castrense & quasi castrense habeat, nullum est dubium, quin potestatem donandi

9  
donandi habeat siue inter vivos siue mortis causa d. l. 7. §. 6.  
(b) l. 11. ff. de acq. rer. dom. l. 9. m. prin. & §. 1. ff. de aut. tut. §. 2.  
Inst. quib. alien. licet vel non. Sanè aliàs verius esse credimus,  
pupillum ex contractu, quem tutore non adhibito fecit, na-  
turaliter obligari per l. 1. ff. de Novat. l. 21. ff. ad l. Falcid. l. 25. §. 1.  
quando dies leg. l. 9 §. 2 ff. De solut. l. 127 ff. de V. O. sed tamen ita, ut  
effectus obligationis naturalis non habeat locum aduersus  
pupillum, & aduersus hunc obligatio prorsus sit inefficax  
vid. Bach. ad §. furiosus Inst. de inutilib. stip. & §. praterea novat. Inst.  
quib. mod. tollitur oblig. ad Treutl. disp. 6. de pactis §. 5. lit. B. (c)  
Infirmitas itidem huius est consilium & multis captioni-  
bus suppositum, multorumq; insidiis expositum l. 1. in prin-  
cip. ff. de minorib. & ideo meritò donare prohibetur; aliàs es-  
nim facilè omnia bona dilapidaret & sese in præsentè pau-  
pertatem conjiceret, cum donare nihil aliud sit, quam per-  
dere l. 7. in princ. ff. de donationib. Valet tamen minorum  
donatio quam maiores facti habuerunt ratam per l. 1. & 2.  
C. si major fact. hab. rat. (d) Quia prodigo, cum neque  
tempus nec finem expensarum habeat, sed bona sua dilace-  
rando & dissipando profundat l. 1. ff. curat. furios. meritò  
bonorum suorum administratione interdicatur, ne, licet ex  
sermonibus mentis compotes esse videantur, tamen sic  
tractando bona ad se pertinentia, ut, quod ad illa, furiosum  
exitum facturi videantur, deduci in egestatem oporteat ut  
loquitur 3 C. in l. huius qui 12. §. 2 ff. de tut. curat. dat. Porriò cui  
interdictum bonis, hunc nihil donare posse, convenit l. 6.  
verb. oblig. An autem iure ipso vel magistratus decreto bo-  
nis interdicatur prodigo, quaritur. Quod magistratus  
decretum requiratur, manifestum est ex l. 1. ff. de curat. furios.  
l. Julianus 10. & l. 15. ff. eod. l. 16. §. 1. ff. eod. tit. l. si curatorem ha-  
bens C. de integr. restit. min. l. 27. in princip. ff. de V. O. & §. 3 Inst.  
de curat. §. item prodigius 2. Inst. quib. non est permiss. fac. test. ubi

B

apertè

apertè Imperator separat prodigum cui bonorum administratio adempta nondum est, ab eo, cui jam bonis interdictum est vid. Borch. in d. §. item prodigus 2. Wesenb. ad eund. Mysing. ad §. 3. Inst. de curat. Gædd. in tractatu de contrahend. stipul. cap. 7. conclus. 10. n. 141. & seqq. Hypollit. à Collib. ad l. 40. ff. de R. I. Diss. Fachina 2. controvers. 63. Aruma. ad Inst. disp. 12. Exercis. 7. lit. a. (e) distinguitur hîc inter dotales & paraphernales res. Illas ne consentiente quidem marito potest donare l. 21. C. de donat. propter legis julia de fundo dotali prohibitionem tot. tit. ff. & C. de fund. dot. princ. Inst. quib. alienare licet vel nō. Vid. Wesenb. in parat. de fund. dot. & hoc tit. de donat. n. 4. Has autem res proprias, quæ paraphernales vocantur, in quibus marito nihil juris competit l. 8. C. de pact. conv. l. 5. l. 11. C. eod. l. 17. de don. inter vir. & ux. alienare & donare potest l. 3. 6. C. de revocan. donant. d. l. 8. & l. 11. C. de pact. conv. l. 5. C. de donat. quæ sub mod. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 4. Indistinctè tamen moribus Gallorum sine marito aliquid donare vel alienare ei non conceditur. Tiraq. de legib. connub. in fin. verb. contract. n. 58. quod & Saxones sequuntur. Vid. Wesenb. in parat. ff. hîc n. 4. Bachov. ad Treutl. part. 1. disp. 6. §. 6. lit. b. ubi addit rationem quod propterea uxor jure Saxonico alienare sine consensu mariti nequeat, quia omnia bona uxoria viro in dotem dari videntur. Sed & plerorumq; locorū statuta administrationem bonorum mulieribus liberam esse nolunt Mysing. 2. obs. 34. Gædd. de contrahend. stipulat. c. 7. conclus. 14. n. 265. Tr. disp. 6. vol. 1. §. 6. lit. b. & disp. 6. vol. 2. §. 7. lit. i. Saxonum tamen jure virginum & viduarum donationes, autore tutore, si quem habeant aut absque eo si nullum habeant, dummodo ejus ætatis sint, ut tutorem habere non teneantur & tutoris, non intersit, validæ & firmæ sunt & quidem alienationes rerum mobilium, res enim soli nō item sine curatore vel per testamentum alienantur Wesenb. parat.

parat. ff. h. l. n. 4. Schneid. Inst. §. alie hoc tit. n. 53. 54. (f) nimirum post contractum crimen non recte donant, si condemnatio subsequuta fuerit l. 15 ff. de donat. & donationes causa mortis etiam ante factæ, exemplo ultimæ voluntatis, cui comparantur l. ult. Cod. de donat. mort. caus. l. 35. ff. eod. & quæ sententia capitis ad nihilum redigitur l. 6. §. 6 ff. de injusto. rup. & irrit. test. l. 8. §. 1 ff. qui in test. fac. poss. sunt invalidæ & infirmæ: quod de jure novo, ex quo neque bona auth. bona C. de bonis damnat. neque libertas auth. sed hodie C. de donat. inter vir & ux. damnatis auferuntur, videtur correctum. Wesemb. in parat. ff. h. c. n. 7. Interim tamen is qui commisit crimen lætæ Majestatis donare non potest, etiam si deceserit, antequam de crimine fuerit accusatus text. express. in l. donationes 31. §. fin ff. de donat. l. 9. §. 2. Cod. de bonis prescript. l. penult. & ultima C. ad leg. Jul. Majest. l. 5. §. 4. C. eod. cum & hæredibus bona auferantur d. l. pen. & ult. C. ad leg. Jul. Majest. l. 5. §. 4. C. eod. (g) quia licet dominorum loco esse & dominorum vice fungi dicantur l. 27. ff. de administ. tut. l. 56. §. 4. ff. furt. l. 157. princip. ff. de reg. jur. attamen se dominos non esse, meminisse, & res sibi commissas administrare, non perdere debent l. 16. Cod. de administ. tut. & curat. l. 2. §. 8. Cod. de administ. rer. ad civit. pertinent. Cujus occasione oportune quæritur. An princeps ditiones quoque & regna sine consensu subditorum titulo donationis aut alio quovis modo alienare possit? Neg. per l. 37. ff. de pactis l. 4. in princ. & §. 1 ff. de decretis 2. quia princeps tanquam tutor subditis providere debet, contra autem facit dum bona eorum alienet & perdat l. 27. ff. administ. tut. In specie quæritur. An donatio Constantini Magni, si modo ea Sylvestro Papæ facta esset, de jure sit rata habenda? Neg. quia proprietas & dominium bonorum imperii, non ad ipsum principem, sed ad ipsum imperii corpus perinent

*Roland. à Vall. consil. 1. n. 120.* Nec est imperium in mari supio principis, ut is, quasi per fenestram projicere possit, sed sunt bona imperii capiti, ossibus & coronæ adeò annexa, ut extra scientiam separari nullo modo possint. Deinde quoque à papali munere discrepat dominandi in foro civili potestas *vid. Schonborn. lib. 2. polit. c. 7. Schneid. in proemio Inst. ad rubr. n. 8. Philip. Melanch. in Chronicis Carionis l. 2. pag. mihi 442. & seqq. Christian Liebenthal in Collegio juridico politico. disput. 7. quest. 8. Dissent. Covarruv. Lib. 4. varia. resol. c. 16. n. 6. H. 1. §. 1. ff. quæ res pig. dat. l. 28. §. 2. ff. de pact. nam servi jure civili ipsi sunt in dominio & nihil proprii habent §. 3. Inst. per quas pers. cui acquiritur. igitur nihil possunt donare & illi quos que nihil possident sed potius possidentur l. §. 6. ff. de acq. & amit. poss. sed hodie aliter est, sublatâ istâ servitute. (i) l. 6. ff. de Oblig. verb. in iis enim animus & intellectus deest. l. dummodo. 2. §. 1. ff. de procurat. & defens. l. modestinus 23. §. 1. ff. de donat.*

## V.

*Vidimus, qui donare possint. Donari potest non tantum amicis (a) & necessariis (b) sed etiam ignotis & extraneis (c) non tantum honestis personis (d) sed etiam inhonestis (e) non tantum presentibus sed etiam absentibus (f).*

(a) *l. affectionis §. ff. de donationib.* (b) *l. 27. C. de donat.* (c) *l. in extraneos 29. C. eod. l. 24. ff. de don. in t. vir. & ux.* (d) *dict. l. §. ff. h. t.* (e) *l. affectionis §. ff. h. t. l. fin. ibid. l. donationes in concubinam 31. ff. eod. adeoque meretricibus d. l. §. quæ, licet turpiter faciant, quod sint meretrices, non tamen turpiter rem donatam accipiunt, cum sint meretrices Ulpianus in l. 4. §. 3. ff. de condict. ob. turpem caus.*  
Pro-

Prohibetur tamen miles donare focariæ seu concubinæ suæ l. 2. C. de donat. int. vir. & ux. De jure divino aliter est quo omnis turpis consuetudo interdicta est. 1. ad Corinth. 6. vers. 8. & 9. ad Ephes. 5. v. 5. ad Galat. 5. vers. 19. & 21. ad Hebra. 13. v. 4. & consequenter omnis donatio propter turpem causam. (f). l. nec ambigui 6. C. de donat. l. absentis 10. ff. eod. per epistolam l. si aliquid. 3. C. eod. l. 77. ff. de rei vind. l. 5. C. de donat. aut per servum, procuratorem vel aliam interpositam personam d. l. absentis 10. & l. 1. ff. eod. nam si donator servo donatarii, quid tradiderit, valet quod actum est l. 10. ff. de donat. & nihil interest utrum ipse dominus rem suam alicui tradit aut voluntate ejus alius §. 42. Inst. de rer. divisar. Deniq; ea quæ consensu fiunt, per alium expediri possunt l. 1. in princip. & §. 1. ff. mandati l. 18. ff. de sponsalib. l. 2. ff. de pactis. l. 14. §. 3. ff. de constit. pecun.

## VI.

*Ad donationem parentis quod attinet, patet illam regulariter non valere in liberos (a) existentes in patria potestate (b) posse tamen confirmari tum juramento (c) tum quoque morte donantis. (d.)*

(a) l. donationes 25. Cod. de donat. inter vir. & ux. quia pater & filius. una eademque persona esse censentur l. fin. in fin. C. de impub. & aliis sub. & vox patris, vox filii dicitur, ita ut si pater stipuletur filio, non filio sed sibi acquirat §. si quis alii 4. vers. ei V. Inst. de inutilibus stipulationibus; & quicquid filio obvenit à patre, dicitur peculium profectitium in quo patri tam dominium quam usus fr. acquiritur §. 1. Inst. per quas pers. nob. acquir. idcirco quoq; quod illis liberis donatur statim parenti acquiritur l. 17. in fin. C. h. t. & sic sibi ipsi donaret de propriis bonis quod absurdum nec admittendum

dum l. 56. §. 1. ff. de fidejuss. nec ullam exerceret munificen-  
 tiam, sed vellet ad se reverti; quod pugnat cum essentia  
 simplicis donationis, ut supra dictum. Hic poni loco  
 exceptionis potest, haud inelegans, & quæ à studioso bene  
 observari debeat, quæstio, An nimirum sumptus quos  
 pater filio studiū gratia subministravit, veluti alimen-  
 torum, librorum, gradus puta Doctrinæ, Licentiæ, Magisterii,  
 vim veræ & irrevocabilis donationis habeant, ita ut tem-  
 pore divisionis ab onere collationis eximantur? aff. per l. 50.  
 ff. famil. hercis. und. & quia parentes liberos alere, in sç; victū  
 & amictum suppeditare tenentur l. 4. & 101. tit. ff. de agno-  
 scend. lib. & studia quoque loco alimentorum succedere  
 manifestum est argument. l. 12. in princ. ff. de leg. 3. tum favor  
 studiorum suadet hos sumptus non esse conferendos.  
 Vid. Wesenb. in parat. ff. de collat. dotis n. 3. Treutl. vol. 1. disp. 19.  
 §. 3. lit. b. Schneid. §. alia Inst. de donat. n. 75. & sic in §. 20. Inst. de  
 action. n. 42. nisi sumptus eredendi animo dederit d. l. 50. ff.  
 feud. heris. eaq; ex causa retulerit eos in librum rationum l.  
 Nesennius 34. in fin. ff. de Neg. gestis. vel si pecunia missa à pa-  
 tre, causa studiorum per filium fuerit consumpta in pra-  
 vos & flagitiosos usus, quia tunc causa propter quam fuerit  
 donata non est secuta: Quod verò ad maternam donati-  
 onem in filium collatam attinet, non ignotum est, illam  
 valere inter vivos & irrevocabiliter l. 1. & 7. C. de inofficis.  
 donat. 502. nō n. filius est in potestate matris, nec matri ac-  
 quirat. Hoc tamen ita limitandum videtur, ut hæc donatio  
 matris filio post mortem mariti oblata valeat, eo verò vi-  
 vente & constante matrimonio existenti in patria potesta-  
 te, non valeat, cum in effectu videatur fieri donatio ab uxore  
 ipsi marito, cui per filium res acquiritur l. 3. §. 4. ff. de  
 donat. int. vir. & ux. nisi eunti in castra filio d. l. 3. §. ff. de donat.  
 int. vir. & ux. & studiorum causa: & hoc secundum jus ve-  
 tus,

aff. de sumptus  
 ob studium  
 non erogabitur.



tus, quo patri proprietates & ususfructus in bonis adventitiis etiam  
 per filium acquiratur §. 1. *Inst. per quas pers. nob. acquir.*  
 Hodie verò talis donatio facta à matre filio, valet, non tan-  
 tum quoad proprietatem, sed etiam interdum quoad u-  
 sumfructum quando scilicet ea lege res donata est filio, ut patri us-  
 usfructus non acquiratur, quod fieri potest. *auth. excipitur Cod. de*  
*bonis qualib.* Si v. simpliciter tantum sit à matre filio, ab ini-  
 tio statim valet quidem, quò ad proprietatem, sed ususfructus  
 tunc ad patrem pertinet. B. Secus in emancipatis l. 31. ff.  
*h. t.* nam huic pater donare potest, sicut cuilibet extraneo,  
 & statim valet donatio, ut revocari à patre temere neque-  
 at. Nec requirit confirmationem per mortem patris do-  
 nantis l. fin. C. de emancip. lib. l. 17. Cod. de donat. l. 11. C. eod. in e-  
 mancipato n. cessat ratio prohibitionis, cum emancipati-  
 one jus patris potestatis tollatur §. 6. *Inst. quib. mod. patr.*  
*potest. solv.* ideirò nec emancipatus patri Dominium ac-  
 quirat, sed sibi ipsi §. penult. *Inst. per quas pers. nob. acq.* (c) scili-  
 cet jure canonico vid. *Gail. 2. obs. 38. n. 9. & 10. Mynsing. 2.*  
*obs. 33. n. 3. Treutl. disp. 19. vol. 2. §. 3. lit. E. Baehov. in notis ad*  
*Treutl. ibid.* (d) l. 25. C. de don. int. vir. & ux.

## VII.

Nec valere inter conjuges (a) constante matrimo-  
 nio (b) manifestum est donationem simplicem (c) si ni-  
 mirum donantem pauperiorem (d) aut donatarium (e)  
 locupletiore reddat. Potest tamen & hæc confirmari tum  
 juramento (f) tum morte donantis (g).

(a) l. 1. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 3. in prin. & §. 11. l. 5.  
 §. 3. l. 31. §. 7. ff. eod. tot. tit. D. & C. de donat. int. vir. & ux. Wesen-  
 bec. in parat. ff. h. t. n. 4. *Gail. 2. obs. 40. Mynsing. 2. obs. 33.* Rati-  
 ones à hujus prohibitionis apud J. C. reperiuntur, 4. Prima:

Ne conjugalis amor & concordia precio conciliari vide-  
 retur *l. 3. in princ. ff. de donat. int. vir. & ux.* quæ est ratio ho-  
 nestatis nã indignum est matrimonia esse venalicia, *l. 2. ff. h. t.* 2. Sequitur ratio utilitatis ne mutuo amore conju-  
 ges invicem spoliarentur donationibus *l. 1. ff. de donat. int. vir. & ux.* 3. Ne matrimonia dissolverentur, nam cum  
 non donaretis, qui posset, alter cum eo vivere nollet, & ita  
 matrimonium facilè dissolveretur. 4. Ne cura liberorum  
 negligeretur *l. 1. 2. & 3. ff. de donat. int. vir. & ux.* (b) Di-  
 vortii enim causa donationes inter virum & uxorem sunt  
 concessæ *l. 60. §. 1. l. 11. §. 1. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 35. ff. eod.* (c) Secus in donatione impropria *l. 9. §. 2. l. 10. l. 11. ff. h. t. l. 43. ff. de mort. caus. donat.* nec non in reciproca *l. 7. §. 2. ff. h. t.* nec minus valebit donatio illa, si scilicet conjuges  
 constante matrimonio constituent, ut, liberis non exstan-  
 tibus, superstes habeat bona præ defuncti, quia non est me-  
 ra liberalitas sed remuneratoria & vicissitudinaria, simili-  
 ter quoque excipitur donatio fructuum industrialium *l. 17. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 45. ff. de usuris.* (d) *l. si vir uxori 3. ff. pro donat. l. 5. §. 3. ff. de don. int. vir. & ux.* (e) *l. 8. C. de donat. int. vir. & ux. l. 7. §. 1. ff. h. t.* rectè igitur valet quoque do-  
 natio quæ honoris causa in maritum collata est, *l. 4. off. de donat. int. vir. & ux.* (f) scilicet jure canonico, arg. cap. cum con-  
 tingat. extr. de jure jur. Bach. ad Treutl. d. disp. 19. d. 4. lit. C. Jure  
 civili conventiones jure ipso invalidas, juramento nun-  
 quam confirmari, verissimum est *l. 5. C. de ll. l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 112. §. 4. de legat. 1.* (g) *l. 25. C. h. t. l. 32. §. 2. ff. eod. Gail. 2. obs. 91. n. 1. Mynsing. 2. obs. 33. n. 2.* Sed quæri hic  
 potest: Si conjux rem non tradiderit, sed donandi cau-  
 sa promissa sit, an & hæc morte promittentis confirmetur  
 & donatario contra defuncti donantis hæredem exactio  
 detur? Neg. per expressum textum in *l. 23. ff. h. t. & in l. 3.*

l. 3. §. 10. ff. h. t. donatio opponitur promissioni & ad hunc oratio leveri pertinere negatur, adeoque non posse ex ea stipulatione conveniri hæredem mariti, licet hic non mutata voluntate decesserit.

## VIII.

Donari denique possunt omnes res siue corporales siue incorporales (a) siue mobiles (b) siue immobiles (c) siue se moventes (d) modo sint in commercio hominum (e) & propriae donantis (f).

(a) l. 9. princ. ff. de donat. l. 17. l. 27. ff. eod. sed, Potestne usufructus simplex jam constitutus ab usufructuario irrequisito proprietarii consensu donari & in alium transferri Neg. per. 3. Inst. de usufr. quia usufructus cedi non potest nisi domino proprietatis & quando extraneo ceditur i. e. ei qui proprietatem non habet, nihil agitur quamvis utilitates hujus juris personalis alii concedere possit l. 12. §. 2. ff. de usufr. (b) l. 15. C. de SS. Eccl. l. 18. §. 2. l. 31. §. 2. l. 35. §. 2. ff. de don. l. 1. C. eod. l. 7. C. eod. l. 6. C. de revoc. donat. (c) l. 35. §. 1. ff. h. t. l. 15. C. de SS. Eccles. l. 6. C. de revoc. donat. l. 7. C. de bonis qua lib. (d) l. 7. de bonis qua libris in potest. patris. constit. ex mat. acquir. ut v. g. sunt equi, boves, oves & alia animalia. item servi. (e) res igitur sacra aut religiosa, quam humani juris quis esse credit, vel res publica quæ usibus populi perpetuò exposita est, ut forum vel theatrum, vel liber homo quem servum quis esse credit, donari non potest §. 7. cum seqq. Inst. de rer. divis. §. idem juris 2. Inst. de inutilib. stipul. l. 1 in prin. l. 6. §. 2. ff. de rer. divis. l. 21. C. de SS. Eccles. (f) l. 9. §. 3. ff. de donat. l. 14. C. de don. l. 1. vers. docere. C. de bonis matr. l. 2. de usucap. pro donat. l. 6. C. de furt. & serv. corrupt. l. 54. §. 1. ff. de furtis. Nihil enim amplius transire potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit, l. 20. ff. acq. rer. dom. l. 54. l. 120 ff. R. I. necis  
C libe-

liberalis rectè appellatur, inquit *Senec. lib. 1. de clement.* qui de alio liberalis est, sed ille, qui quod alteri donat, sibi detrahit. adjungi huic  $\theta$ . potest quæstio illa: An emphyteuta emphyteuta in irrequisito domino alienare vel donare possit *Neg. per l. 3. C. de jur. emphyteut.* ubi verba l. generalia sunt & omnem alienationem continent ibi. Minimè licere emphyteutz sine consensu domini, meliorationes suas aliis vendere vel jus emphyteuticum transferre: nam verba alienationis, translationis generalia sunt *l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* tum ut honor hic in signum superioritatis ei exhibeatur, tum ut fraudibus Emphyteutarum quorundam, qui re vera vendituri, dicis gratia se jus suū donasse dicent, melius obvietur, tum etiā ne domino invito persona quædam ingrata aut fortè minus apta, postea obtrudetur. Melius est igitur ab initio, se donare velle, domino denunciare, ut ille donationem confirmet, ejusq; voluntate novus Emphyteuta postea investiat.

## IX.

*Neque hîc incommodè disquiriur quæstio illa dubitationis plenissima: An omnium bonorū donatio valeat. aff. l. 35. §. 4. & seq. C. h. e. l. 8 C. de revoc. donat. l. 5. C. de inoff. donat. l. 17. §. Livius 1. ff. qua in fraudem cred. l. 37. §. 3 ff. de leg. 3. l. 4. C. de contrah. empt. nisi donans postea liberos susceperit l. 8. C. de revoc. donat. & de inoff. donat. ratio reclamaverit l. 35. §. 4. C. de donac. aut creditores habuerit l. 17 §. 1. ff. qua in fraud. cred. Sed an ne appellatione omnium bonorum etiam actiones, jura, & nomina veniant? æquè centro verum est, quod autem veniant, satis probatur l. 30 §. 1. ff. ad S. C. Trebell. l. 91. ff. V. S. l. 21. ff. eod. l. honorum. 49. ff. eod. l. uxori 37. ff. de usufr. leg. Bacchovius in notis ad Trevel. disp. 19. part. 3. §. 5. lit. c.*

## X.

*Quamvis olim non aliter donatio quam traditione (a)*  
aut

aut stipulatione (b) perficeretur tamen hodie nudo pacto  
& solo consensu perficitur (c).

(a) l. 3 §. 1. ff. de O. & Act. l. 6. ff. de donat. §. 2. Inst. de donat.  
§. 40. Inst. de rer. divis. (b) l. 17. ff. de donat. l. 19. ff. eod. l. 24. ff.  
eod. l. 33. eod. (c) l. 35. §. fin. C. de donat. §. 2. Inst. eod. Rei tamen  
traditione adhuc impletur, aliud enim est petfici aliud im-  
pleri l. 8. de pericul. & commod. rei vend. l. 46. ff. de act. empt. ho-  
die igitur donatio quidem est perfecta ante traditionem, ac  
Dominium tamen ante rei donatę traditionem non trans-  
it sed manet donantis l. 35. §. 1. ff. eod. l. qui saxum 6. ff. eod.

X I.

*Quaestio de evictione donatoris. An nimirum donator  
teneatur de evictione?*

Quod neg. per l. Aristot. ait. 18. §. 3. ff. de donat. l. 2. C. de evicti-  
onib. Nam lucrativæ rei possessor ab actione evictionis ipso  
jure repellitur, quia non est æquum ut quisquam ex libera-  
litate sua damnum sentiat vel pœnam patiatur l. ad res dona-  
tas 62. ff. de edilit. edict. Unde dici solet, nemini officium suū  
damnosum esse debet l. 7. ff. Testam. quemad. aperi. Quod au-  
tem donatio ad similitudinē emptionis & venditionis red-  
acta sit §. alia. Inst. h. t. Sic est, ut traditio tam in donatione  
quam in emptione ex necessitate obligationis intervenire  
debeat, non vero quoad jus evictionis. Nam precium quod  
præstat emptor venditori, rei venditæ evictionem & simi-  
les præstationes ex æquo bono inducit l. 1. in princ. ff. de rer.  
permut. l. emptorem §. final. ff. de action. emp. & vend. Ac ex do-  
natione, quæ meræ liberalitatis est, nulla obligatio hujus-  
modi præstationis donatario adversus donatorem acqui-  
ritur l. 19. §. 1. ff. de donat. Excipitur tamen 1. si dolo malo  
rem alienam dona verit, quo casu conveniri potest de dolo  
l. ad res donatas 62. ff. de ædilit. edict. l. Aristot. §. fin. ff. de donatio-  
nib. 2. quod ex stipulatione donator tenetur de evictio-  
ne l. quoniam avus. C. de evictionib.

C 2

Si

*Si vero donatio hac simplex & propria (a) quingentos (b) excedat solidos (c) actis insinuanda est (d) aliàs erit invalida, non quidem in solidum sed quatenus excedit (e).*

(a) Secus in donationibus impropriis, hæ enim, licet quingentos solidos exluperent, insinuationem non requirunt *l. fin. C. de donat. caus. mort. Schneidev. ad Inst. §. 1. Inst. de donat. n. 14.* mortis tamen causâ donationem necesse est coram 5. testibus fieri *d. l. fin.* sicut quamlibet ultimam voluntatem *l. fin. C. de codicill.* sed & donatio propter nuptias olim insinuatione opus habebat. *l. sancimus in princ. C. de don. quod postea Imperator noster Justin. mutavit Novell. 119. in princ. Bacchovius ad Treutl. disp. 19. part. 3. §. 6. lit. c.* (b) Jure antiquo donatio ducentorum solidorum major actis intervenientibus insinuanda erat §. 2. *vers. cum retro Inst. de donat.* Deinde ultra trecentos solidos facta donatio insinuationem exigebat *l. 34. in princ. C. h. t.* Tandem illa à Justinian. ad quingentos solidos est extensa §. 2. *Inst. de donat. l. 36. §. 3. C. de donationib.* (c) per solidum hic intelligitur aureus scilicet Ungaricus *Covarruv. in collation. veterum nummis. c. 3. §. 1. n. 3. Wesenb. in parat. ff. de donat. n. 6.* ubi quingentorum illorum aureorum æstimationem ad 500 aureos Hungaricos nunc reduci testatur. (d) Id est, debet ad judicem & acta referri *l. 36. C. de Episc. & cleric. ac peti, ut judex testis sit actus, eundemq; in publica monumenta referat.* Quoniam autem donatione nimia dilapidantur bona & expedit reipub. neminem re sua abuti *l. 2. ff. de his qui sunt sui jur.* rectè provisum est, ne quis tam prodigaliter liberalitatem exerceret & illæ impensæ donationes absq; judicis approbatione conficerentur, sed ut in acta publica redigerentur, ne facile falsitas confusis tam impensis donationibus committi

mitti possit *l. ult. C. de fideicommiss.* Neque morte, ejusmodi donationes invalidæ, confirmantur *l. 25. C. de donat. int. vir. et ux. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 6.* Excipiuntur porro 1. donatio facta ad pias causas *l. 33. C. h. t. l. 9. Cod. de SS. Eccles. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 6. ad Inst. §. 2. n. 5.* 2. donatio principalis *l. 7. C. de bonis que lib. l. 34. in princ. V. S. exceptis. C. de don. l. 19. C. de SS. Eccles. l. 26. C. de donat. int. virum & uxor.* 3. Imperatori ab alio privato scil. *Novel. 52. c. 2. & auth. item à privati C. h. t.* 4. aut militibus à Magistris militum *l. 36. §. 1. C. eod.* 5. pro captivis redimendis facta *l. 36. in princ. C. h. t. 6.* si in refectionem ædium collapsarum, dirutarum, aut exustarum, quid donatum sit *l. 36. §. 2. C. eod. 7.* Quando plures res non uno tempore simul, sed diversis temporibus ab una persona donantur. Si enim non singulæ sed omnes conjunctæ legitimam quantitatem excedant, non opus est insinuatione, quia tot intelliguntur donationes, quot vicibus sunt factæ *l. 34. §. 4. C. de donat. (e) l. penult. in fin. C. de donat. l. 34. C. eod. l. 25. Cod. de donat. inter vir. & uxor. Novel. 162. c. 1. §. 2. Bacchovius ad Treutl. disp. 19. part. 3. §. 6. lit. G.*

## XIII.

Donatio semel collata & acceptata non revocatur; nisi vel ob ingratitudinem enormem donatarii (a) cujus ingratitudinis cause in *l. 10. C. de revoc. donat.* recensentur quinque (b) 1. Si donatarius atroces injurias in donatorem effundat (c) 2. Verbera inferat (d) 3. damnum ingens bonis afferat. 4. insidietur vite. (e) 5. si quasdam conventiones quas donationis acceptor spondit, implere recuset (f.)

(a) *l. 9. C. de revoc. donat. l. 1. C. eod. l. 7. C. eod.* quia donatarius

C 3

carius

tarius naturaliter tenetur gratiam referre *l. 2 §. 9. consularis ff. de petit. hered.* qui ergo est ingratus exuit naturam donatarii: cui proinde merito auferitur, quod donatum est. & ingratitude quoque dicitur, ventus urens, siccans fontem misericordiae, rorem pietatis & fructum gratiae *Schneid. Inst. de I.N.G. & C.* (b) Igitur non quævis sufficit, sed quam lex approbavit, nec tamen præter causas expressas in *Lult. C. de revocand. donat.* aliae similes & majores excluduntur, quia etiam ob negata alimenta revocari potest *l. 8 ff. de decurionib. vid. Bacchovium ad Treutl. disp. 19. part. 3. §. 7. lit. d.* (c) Verbales scilicet seu convicia, ut si donatarius donatorem dixerit veneficum, delatorem, fallatorem &c. (d) siue fiat armis, ut fuste, siue nuda manu siue calce petat argumento *l. 7 §. 1. ff. ad l. Aquil.* Nec sane refert an manus sint illatae donatori per donatarium ipsum, an verò ejus nomine per alium; qui enim quid facit perinde est ac si faciat per se ipsum *l. 56 ff. de solut.* (e) Quid si veneno aut aliis modis insidiatus fuerit vitæ donatoris, effectus tamen non sit secutus, an eo non attento nihilominus privetur donatarius donatione? conatum ad revocandam donationem sufficere puto argumento *l. 1 ff. ad l. Pompej. de parricidis l. 1. §. 1. l. 3. in princ. ff. ad leg. Cornel. de Siccar.* (f) Iteus si legitima donatarius causa impeditus, adimplere conventa non poterit.

## XIV.

*Ex hujusmodi causis ingritudinis datur revocatio donationis cuiuslibet donatori (a) non autem ejus heredi b sicut nec in heredem actio ingrati (c).*

(a) *l. 1. 7. 9. & 10. C. de revocand. donat.* Excepta matre donatrice abjectæ pudicitiae atque etiam binuba jure Codicis, eo enim poenas varias Imperatorum constitutionibus



bus impositas esse secundis nuptiis constat: quarum hæc una est quod mater quæ liberis donavit, si secundo nupsit, propter ingratitude[m] revocare donationem non posset *l. 7. C. de revoc. donat.* Hodie verò non idem juris est. Pristino enim jure (quoad matrem ad secunda vota transuentem, non ad eam quæ libidinosè vixit *d. l. 7.*) per Novellas Justiniani constitutiones correcto matri ex causa ingratitude[m] triplici casu donationis revocatio tribuitur, 1. si liberi vitæ matris infidientur. 2. si in eam manus impias intulerint. 3. si totius substantiæ moliti sint, jacturam ut notatur *auth. quod mater C. de revoc. donat. & Novell. 22. c. 35. Vid. S. hneid. §. Sciendum Inst. h. t. (b) l. 1. l. 7. & d. l. fin. C. de revoc. donat.* quod verum est, quando donator scivit causam ingratitude[m] esse commissam & tacuit: si verò coram testibus animum revocandi declarans morte præveniat argumentò *l. posthumus §. fin cum l. seq. ff. de inoff. testam.* vel causam ingratitude[m] movere ceperit *d. l. fin. C. de revoc. donat.* tecus est (c) *d. l. 1. l. 7. l. ult. C. de revoc. donat.* Illud singulare in hac actione esse creditur quod licet rei quasi sit persecutoria, ad hæredes tamen non transmittatur sed inter ipsos qui liberalitatem cõtulerint, jus ac beneficium revocandi consistat *d. l. 1. & d. l. ult. Cod. de revoc. don.*

## XV.

*Vel ob inofficiosa[m] donationis querelam (a) vel ob supervenientiam liberorum (b).*

(a) *l. 1. C. de inoff. donat.* cum enim non rarò contingat, ut parentes donationibus tum in extraneos, tum in unum aliquem ex liberis clariorem immoderatè & profusè collatis, bona sua dum vivunt stultitiâ fortè potius quam malignitate sic exhauriant & exnariant, ut nihil ferè inde ad liberos omnes vel certos sit perventurum, meritò Imperatoris

ratoriis constitutionibus *C. de inoff. donat. & Novell. 92. de immensis donationibus* provisum est, ut, si inofficiosa sit facta donatio cum nimirum ea adeò immoderata, immodica & immensa sit, ut donans non retineat tantum in bonis, unde legitima illis, quibus ea debetur, relinquatur, pro ratione legitimæ, seu pro parte quâ excedit, revocetur. *l. 1. l. 2. l. 5. l. 7. l. 8. in princ. C. de inoffic. donat. l. unica C. de inoffic. dot. Bacchovius ad Treutler. hac disp. 7. lit. h. Gail. 2. obs. 38. num. 15. dissent. Treut. disp. 19. vol. 2. 7. lit. h. (b) l. si unquam 8. C. de revoc. donat.* Cum verò hujus *l. 8.* dispositio concepta sit in specie de patrono donatore & liberto donatorio. An ne ad quemcunque donatorem liberos non habentem & donationem cuivis extraneo factam porrigi & extendi possit ac debeat; an verò, ad eatum de quo nominatim agit, sit coarctanda quaeritur? Dico, quod si ad merum jus respiciamus. Verior sit ea sententia, quæ probat hanc legem ita strictè esse accipiendam, ut procedat tantum in donatione ea, quæ à patrono facta est liberto si verò ad usum fori altera verior videtur. nam Dd. hanc tanquam communem, judicando & consolendo servandam putant. *Bacchovius ad Treutl. disp. 19. part. 3. 7. lit. e. Treutl. ead. disp. 7. lit. e.*

## XVI.

*Hucusque de donatione propria, superest ut de non propria agamus, quæ sub certa causa (a) in aliquem confertur. Estque duplex vel mortis causa (b) vel non mortis causa (c).*

(a) *l. 1. ff. de donat. t. r. C. de donat. que sub modo l. 35. §. 2. ff. de mort. caus. donat. §. 1. & 3. Inst. de donat. l. 19. §. 1. 5. 6. ff. de donat. (b) l. 1. ff. h. t. ubi Ictus Julianus ostendit donationem esse vel propriam vel impropiam, & ad non propriam*

priam refert mortis causa donationem & reliquas omnes  
 quæ non sunt simplices & absolutæ donationes. Prius  
 autem agemus de donatione mortis causâ, quæ est, cum  
 quis habere se mavult, quam eum cui donat, magisque  
 eum cui donat, quam hæredem suum l. 1. ff. de donat. mort.  
*caus. in princ. Inst. de donat. Wesenb. parat. ff. h. t. n. Schneidew.*  
*Inst. de donat. Bacchovius ad Treutl. & hinc vulgò appella-*  
*tur Ein Übergab so auf den todsfall geschicht.* Hujus autem  
 donationis recensentur tres species ex l. Julianus 2. ff. de  
*mort. caus. donat.* una est cum aliquis nullo præsentis peri-  
 culi metu conterritus, sed sola mortalitatis cogitatione  
 donat (quod quidem exprimendum). Altera cum quis  
 imminente periculo commotus ita donat, ut statim res fi-  
 at accipientis propterea quia est infirmus, vel est ei in eun-  
 da navigatio, aut eundem in bellum. Vide l. 35. §. mortis  
*e uja ff. de mort. caus. don.* Tertia si quis periculo mortis  
 non licet, ut statim faciat accipientis, sed tum demum  
 cum mors fuerit secuta, quæ sub conditione pendet. Su-  
 perior statim quidem perfectæ, sed sub conditione resol-  
 vitur l. 13. §. Marcellus ff. de donat. mortis causa. (c) de qui-  
 bus donationib. in thes. 20. dicitur.

## XVII.

Donare hoc modo potest, cui testamenti factio  
 est, licet non faciat. (a) etiam Filius. (b) &  
 minor (c) At donari potest omnibus his qui legata  
 accipere non prohibentur (d).

(a) l. tam is 25. in princ. ff. de don. mort. caus. l. 32. §. 8. in fin. ff. de dō.  
 int. vir. & ux. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 4. (b) quamvis filius fam.  
 testamentū ne permittere quidem patre facere potest,  
 D quia

quia jus publicum privata parentum autoritate immutari non potest l. 3. ff. de testam. juncta l. juspubl. 39. ff. de patris. tamen permissu patris donare potest l. 25. §. 1. ff. h. t. l. 2. ff. de donat. l. Marcellus 15. ff. h. t. De castrensi omnimodo sine patris consentu mortis causa donare potest l. 7. §. ult. ff. de donat. (c) quia minor testari sine curatoris autoritate potest l. 4. Cod. qui testament. fac. ergo & mortis causa pariter & absque curatoris consensu donare potest Wesenb. in parat. ff. hic num. 4. Fachina. §. controvers. 6. per §. fin. Inst. uni & quib. caus. manuum. non poss. Pupillus autem tutore autore mortis causa non recte donat l. 1. §. 1. de tut. & ras. distrab. Oritur hic questio illa controversa. An minorem donatio mortis causa per procuratorem facta, valeat aff. l. 4. ff. de donat. Wesenb. in parat. ff. hic num. 4. (d) l. 9. l. 35. ff. hic. nam hæc jam olim à nonnullis juris Interpp. legatis adæquabantur l. 15. l. 37. ff. h. t. l. 17. in fin. ff. eod. §. 1. Inst. eod. cum autem hoc apud cæteros controversum & dubium esset, Justinianus Imperator omnem dubitationem iustulit, & sibi juris hujus introductionem tribuit, ut per omnia ferè hæc donationes ad exemplum legatorum redactæ sint princ. Inst. de donat. l. ult. Cod. de donat. caus. mort. & proinde lex Falcidia tam in hisce donationibus quam in legatis locum habet l. 5. l. 12. Cod. ad falcid. l. 2. l. 56. in fin. l. 93. ff. ad leg. falcid. l. 2. in fin. Cod. de mort. caus. donat. l. 77. §. 1. de leg. 2. & c. & alia plura. Particula enim ferè innuit quibusdam casibus etiamnum differentiam legatorum & mortis causa donationum superesse, de quib. vide Barchoy. ad inst. hoc tit. in princ. n. 8. Schneidw. instit. hic n. 11. & 12.

XVIII,

Res

*Res quæ donari possunt simplici & pura donatione  
et quoque hac donatione non prohibentur.*

Quia quæ inter vivos donari possunt, multò magis in ul-  
tima voluntate argumento sit. *inst. de lege Fusia. Cani. Wesenb.  
in parat. ff. de mort. caus. don.*

## XIX.

*Revocatur hæc donatio donatoris pœnitentia (a)  
vel morte donatarii ante donatorem obeuntis (b) vel  
donatore convalescente & effugiente periculum (c).*

(a) *l. 30. ff. de don. mort. caus. Wesenb. in parat. ff. hic num. ultim.*  
quia legatis comparatur *l. 15. ff. hic l. fin. C. de donat. ad l.*  
*Falcid.* quæ semper revocari possunt *l. 22. ff. de leg. 3.*  
Porro, ubi ita donatur mortis causâ, perinde habe-  
tur atque alia quævis inter vivos donatio. *l. ubi. 20 ff. de*  
*mort. caus. donat.* (b) *l. 32. l. fin. ff. h. r. l. 12. ff. de cond. caus.*  
*dat. l. non omnis ff. R. C. exemplo legatorum l. unica C. de cad.*  
*coll.* (c) *l. 2. ff. hic.* nam quando donator tempore quo  
fecit hujusmodi donationem, erat constitutus in infir-  
mitate, ex qua putabat se moriturum vel propter pericu-  
lum quod timebat, iturus forte in bellum, aliquid dona-  
vit. Superato n. morbo vel mortis periculo donatio ipso  
jure evanescit & tanquam cessante causa propter quam  
donatum est, intelligitur revocata. Secus est quando quis  
sanus sola mortis cogitatione donat & postea incidit in ad-  
verlam valetudinem, & reconvalescit, non enim propterea  
revocatur ista donatio quia tunc non cessat causa pro-  
pter quam donavit, cum non propter illam infirmitatem  
donaverit, sed propter mortem, quam scit se evitare

non posse quæ causa adhuc subest. *Vid. Schneid. Inst. princ. h. s. num. 21.*

XX.

*Succedit jam altera species impropria donationis, nimirum non mortis causa donatio, quam quis sine mortis sue metu in aliquem sub causa (a) inter vivos confert. Estque hæc duplex: aut enim fit causa nuptiarum. (b) aut alia ex causa (c).*

(a) *l. 1. ff. de donat. l. 1. l. 3. l. 5. C. de donat. qua sub mod. vel cond. &c. l. 4. Cod. eod. (b) quia fit sub aliqua causa videlicet nuptiarum quibus non secutis evanesceit. l. 15. C. de donat. ante nupt. cujus species tres recensentur, quarum prima nuncupatur sponsalitia largitas. 2. dotis constitutio. 3. donatio propter nuptias. Generaliter verò accepto vocabulo, sponsalitia largitas comprehendit sub se cæteras hasco species, tumitur enim pro dote *auth. eo decursum. C. de donat. ante nupt. pro donatione propter nuptias l. 4. Cod. de secund. nupt. l. 8. Cod. de prad. min. Novell. 22. cap. 18. & seq.* propriè tamen & specialiter hæc inter se differunt. Hic apponi potest quæstio illa An sponsalitiæ largitatem lucratur sponsa, si inter eam & Sponsum interveniat osculum tantum, nec matrimonium? Distinguo aut matrimonium quò minus contrahatur. Impeditur per sponsam, aut per sponsum: Priori casu mulier nil lucratur, quia per illam stat quò minus matrimonium contrahatur *l. 15. C. de donat. ante nupt.* Posteriori mulier lucrabitur illam partim quod ipsa non constituerit impedimentum matrimonii, partim in pudicitie præmium quia mulier dato osculo videtur incurrere ruborem & verecundiam. *Vid. l. 16. C. de donat. ante nupt. (c) veluti**

veluti est illa, quæ fit vel ob præteritam causam vel futuram; ob præteritam, ut si donem quid alicui propter defensionem, vel ab hostibus & latrunculis liberationem l. 34. §. 1. ff. de donat. vel propter institutionem fidelem l. 27. ff. eod. Interim merita ob quæ hæc fit donatio sunt exprimenda l. Aquil. ff. de donat. Ob futuram causam fit donatio hæc, ut: si decem tibi donem, ut Stichum emas l. 2. §. 7. ff. de donat. vel servum manumittas l. 18. §. 1. ff. de donat. vel ut invicem quid mihi des, quæ vicissitudinaria & reciproca dicitur de quâ sub thesi 7. supr.

## XXI.

*Qua autem actione is cui mortis causâ donatum est. uti potest ad consequendam rem sibi donatam mortuo donatore?*

Potest uti vel rei vindicatione, vel actione personali arg. §. sed olim 2. vers. nostra autem Inst. de legat. juncto §. mortis causa. Inst. de donat. E contrario donatorem unâ cum re fructus à tempore factæ donationis l. cum quis 12. ff. de condict. caus. dat. non secut. l. 30. ff. mort. caus. donat. refusus necessariis & utilis impensis, vel rei vindicatione vel conditione à donatario repetere posse constat. Quod secus est in donatione inter vivos.

F I N I S.



D 3 AD



A D Dn. STEPHANUM

G O S L A R U M

*juvenem eruditiss.*

**A**terna rebus scilicet lex est cunctis  
Omniq; mundo dicta huic ab æterno;  
VIGERE; NUNC MORI. JACERE; NUNC NASCI.  
Hac lege NUNC respUBLICÆ stant & regna;  
NUNC (Architectus ille magnus in rebus  
Sic ludit humanis) cadunt, aliis cedunt.  
Quæcunq; mecum suspicis, quæ miraris,  
Vices habent suas, suas habent metas;  
Quin subjices mutationi sunt artes,  
Studiaq; fata sentiunt sibi fixa.  
Rarus per orbem Teutonis fuit vastum  
OLIM, Papinianus esset cui notus  
Et rarior fuit, Themis juvaret quem,  
Litare dictæ quem vè cerneres Divæ;  
Rarissimus fuit, Diis quem misceret  
Doctæ paratum præmium fronti, Laurus;  
At NUNC apex juris coronat & læta  
Adorea uibes NUNC foris cunctis magna  
Stant nomina & dicant locantve se juri;  
Majore Dux Achivus haud manu quondam  
Ibat petitum Phryxeum Jason Vellus:  
Fervore non tanto Pelasgorum Xystus,  
Olympicæ cursus Palæstræ nec vilis;

Ardore



Ardore legales Agones quanto NUNC  
Flagrant, Themistos atq; legibus sudant.  
HIC ORBIS EST RERUM! viget NUNC his ipsis  
Præ cæteris vivitq; jus, quibus QUONDAM  
Incognitum planè fuit: NUNC in terras  
OLIM feræ quæ non parebant huic Divæ,  
Migravit illa juris ac æqui Præses:  
Se tota NUNC transfudit hæcei genti,  
Non fida depositi putata quæ QUONDAM  
Sequestratanti, Sors, precor duint Fata  
Ut duret & diurnet hæc Germanorum  
Perennitatis auspicante successu;  
At luce prælucente magna Coccejo  
GOSLARE qui jurè tuam lucem alluces,  
Donationibusq; sensum non pravum  
(Liventibus rumpantur ilia ut Momis)  
Donas, eat tibi doctus à Doctis Plausus,  
Insiste cœptis gnavus his; & hæc urge  
Quinquertio jugis Themistos in circo.  
Maetabit annis hic vigor mentis major  
Olim focos honore patrios amplo,  
Interq; cœtus literatorum TE IPSUM  
Solvi dolente in arduum vehet penna.

ANTONIUS HOTING.  
Oldenburg.

Ad hoc lectis agere quibus nunc  
Flagrant Thersillos atq; legibus dant  
His oras est eximius nec nunc in ipis  
Et caris uti quibus quondam  
In cogitum plane lites nunc in terras  
Olim tunc tunc non patiens hinc Diva  
Mysteria tunc tunc se ad patiens  
Se tota nunc translati hinc patiens  
Non habet in putas que quondam  
Sequestrant tunc tunc pro duntaxat  
Ut duntaxat tunc tunc Germanorum  
Tennantibus tunc tunc tunc  
At tunc tunc tunc tunc tunc  
Gorae tunc tunc tunc tunc tunc  
Donationibus tunc tunc tunc tunc  
(Liventibus tunc tunc tunc tunc)  
Donas, caris tunc tunc tunc tunc  
Istis tunc tunc tunc tunc tunc  
Quidam tunc tunc tunc tunc tunc  
Machinandi tunc tunc tunc tunc  
Olim tunc tunc tunc tunc tunc  
Incidit tunc tunc tunc tunc tunc  
Solve dolere in ardum velle penam  
Antonius Hortius  
Oldenburg



67  
AB 153 961

VD 17


ULB Halle 3  
005 300 959



2







B.I.G.

Farbkarte #13



24 XXXI

# ET TRINO ANNUENTE.

*dente*  
nsultissimo Viro,  
RDO COCH  
ore in illustri gy.  
lico & ordinario, præce-  
nè observando.

## ationem juridicam TIONIBUS.

sitionem proponit, pro  
ensurus.  
S GOSLAR  
sis Saxo.  
ranona & loco consueto.



M AE,  
llieriani, schol.typogr.  
DC. XXXIV.

